



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10262**

De S. Cornelio Centurione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

fuerant constituti, quotidianis eiusdem augebantur exhortationibus in fidei religio-  
nisque gratia. Ad quos idem beatus vir pro eorum ac fidelium populorum menti-  
bus confirmandis, ibat frequenter, ibique multorum mirabilium virtutes operans,  
urbem reuertebar Papiam. In qua superna gratiae largitate officij sui honore fun-  
gens, triginta & nouem annis Episcopalis dignitatis cathedralm possedit. Hic tantus  
operator Christi crebris in basilica beati Nazarij, quam ipse construxerat, vigilia-  
rum excubij pernoctabat in sacris orationibus. Sed quadam die filiis adstantibus, Prae*sue*  
sacerdotibus ac clericis, retulit apparuuisse sibi circa mediæ noctis silentium S. Sy-  
rum, quem etiam Patrem memorabat ex baptismo, cum Nazario & Celso, Prota-  
rio atque Geruasio venerandis martyribus, talia proferentibus: Iuenti dilectissime,  
iam te oportet gaudere nobiscum in cœlestibus. ac scias te proximè ad nostra con-  
fortantur, atque tertium post hunc diem aulam cœlestis patriæ perceptu-  
rum. Quibus dictis, ab oculis meis ablati sunt. Omnes verò qui præsentes aderant,  
auditis his sermonibus, valde tristes effecti sunt. Ipse autem immenso gaudio latataba-  
tur, & biduò intrà eandem pertugil consilens basilicam, tertio die qui est Dominicæ  
resurrectionis, Missarum solennia celebrans, omnes populos benedixit, ac sacerdo-  
tes, ministros, cunctosque clericos cœlestibus alloquijs admonens, lucide mancio-  
nis & beatæ vita habitacula possessurus intravit. Sanctas verò eius exuicias ad ho-  
norem & reuerentiam tanti sacerdotis competentem, in eadem basilica intrà cre-  
pidinem ad altaris viciniam condientes posuerunt. Sub die sexto Iduum Februarium,  
vbi & nunc usque sancta ossa eius quiescentia, virtutibus florent atque mi-  
taculis: præstante Domino Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat in  
secula seculorum, Amen.

## RES GESTÆ ET CONSVMMATIO SAN- CTI CORNELII CENTVRIONIS, EX SIMEONE

*Metaphraſte, nos numerum capitum margini adieciimus.*



OST salutarem Verbi in terram aduentum, Crucem-  
que & mortem pro nobis sua sponte ab eo suscep-  
& in cœlos ascensionem, vnde descenderat ad ædifi-  
candum Davidis tabernaculum (vt cum Prophetis di-  
cam) quod ceciderat, unus erat ex cohorte Italica Cen-  
turius Cornelius, ex ijs, qui ipsum quarebant, & facie-  
bant, quæ illi placebant, & qui multa bona faciebat ope-  
ra (etiam si nondum diuina Christi gratia, neque voca-  
tione ad ipsum esset dignatus hic vir pius) vt qui Deum  
timaret ipse, & tota eius familia, & ijs, quæ habebat, im-  
pertiret egentes: rursusque Deum precaretur assidue.

Ad eum agentem Caſareæ (vt diuinus Lucas de ipso refert apertissimè) venit Ange-  
lus circa nonam horam dici, & dixit ei: Cornelii orationes & eleemosynæ tuæ ascen-  
derunt ad monumentum in Dei conspectum: & nunc mitte viros Ioppen, & accerse  
Simonem, qui appellatur Petrus. Is cùm venierit, loquetur tibi verba vita. Hæc cùm  
ille quidem mandasset, non amplius apparebat. Cornelius autem statim duobus vo-  
catis famulis, & forti quodam ac pio milite, eis aperit, quæ viderat, & eos mittit Iop-  
pen. Illic enim versari Petrum dixit Angelus apud quendam Simonem Coriarium.  
Petrus autem, qui omnem terram & mare obibat prædicando, & veritatem ubique  
annunciabat (Erat enim reuerè positus in lucem gentium, & salutem multorum) in-  
gressus ad sanctos, qui habitabant Lyddam, cùm quendam Aeneam, qui octo annis aet.,  
iacebat paralyticus, fecisset surgere, Ioppen autem venisset, & in Tabitha, quæ voca-  
tur Dorcas, fecisset magnum illud miraculum, hic degebat apud Coriarium. Sed nec  
eum quoquæ dimisit Deus ignarum mysterij, quo erat initiandus Cornelius: aut po-  
tius Cornelij iustitiam & preces non delpxerit.

Sed quoniam ij, qui erant ex circuncisione, dissidebant ab ijs, qui habebant præ-  
putium: nè Petrus eos, qui missi erant à Cornelio, vt qui haberent præputium, in-  
cessum rursus remitteret, propterea quod nefas sibi putaret congregari cum alienige-  
na, aut ad eum accedere, cùm illi Caſarea profecti, non procùl essent ab Ioppe, ostendit

## SEPTEMBER.

222

- Act. 10.** dit ei Deus Cornelij virtutem & agnitionem. Cūm itaque ascendisset in domunculam, vt quæ hora sexta siebat, preces redderet, se cibo reficere opus habuit, & esurijt.  
**Vñio S. Petri apostoli.** Interim autē dum Petro parabatur conuiuum, videt cælum apertū, & vas quoddam, tāquām magnum linteum, quatuor initis in terram demitti, & ad ipsum venire. Vas autem continebat bestias, tam omnes terræ quadrupedes, & reptiles, quām volucres cæli. Voxque ex illo visa est ad eum existere, dicēs: Surge Petre, macta & comedē. Deinde cūm is dixisset, Nequaquam Domine: & deinde etiam causam adieciisset, (Nunquam enim, inquit, comēdi omne commune aut immundum) vox ei rursus respōdit, dicens: Quæ Deus mundauit, tu nè dixeris communia. Cum quæ hoc terfaclum esset, vas rursus assumptum est in cælum. Hoc autem significabat conuersionem Cornelij, & eorum, qui erāt cum ipso. Nam clures quidem, qua laborabat Petrus, significabat illius in pietatem propositum & studium: & quod is nihil adeo esuriebat & desiderabat, atquè infidelium agnitionem, & eis omnino dare verum Dei cultum & prædicationem Euāgelij. Quadrupedes autem & volucres, erāt signum multitudinis eorum, qui erant conuertendi cum Cornelio. Vas autem è cælo ter demissum, significabat ternam in baptismo demersionem. Mundatas autē eas esse à Deo, significabat Cornelij iustitiam & misericordiam cum vniuersa domo: & quod ij quoquè Deo accepti euaserunt. Cogitante autem Petro, & non valente visionem coniijere, qui missi fuerant à Cornelio, iam ad fores venerant. Et protinus aduolans spiritus, & illorum adventum significat, & iubet Petrum eos cōuenire minimè hastitatem. Atq; ei quidem, cūm ad eos descendisset, quæ vidisset Cornelius, & quæ ab Angelo audiuisset, omnia renunciant. Itaque die sequenti simul veniunt Cæfaream.
- Cūm eis autem obuiām processisset Cornelius, & procidisset ad eius pedes, erigit eum Petrus, dicens: Ego quoq; sum homo. Deinde cūm in eo semināset verbū pietatis, & in animis eorum, qui conuenerant, postquām vidit spiritū gratiam ad eos aduolantem, & baptis̄m præcipiente, eos deducit ad veritatē, & baptismo initiat. Cum dispersis autem ab Hierosolymis Apostolis post dolorē acceptum propter Stephanum, simul aderat etiā Cornelius, & venit usq; in Phoeniciam, & Cyprum, & ipsam Antiochiam: & rursus profectus est vna cum Petro & Timotheo: & nec Epheli quidem ab eis absfuit. Cūm autē accepissent, Scœpſorum ciuitatē esse subiectam cultui simulacrorum, consultabant quīnam eō iret: & rem permiserunt fortibus. Cūm fors autem venisset ad Cornelium, ille quidem rectā vadit ad ciuitatem. Eius autem Praefectus erat quidam Demetrius, qui erat Philosophus, & in Græcis disciplinis eruditus, horrendum spirans aduersus piam fidem Christianorum, & alios gentium colens deos, maximē autem Apollinem & Iouem. Is cūm accepisset de adventu Cornelij, eum statim accersit: & cur venisset, & vnde, & quondam esset eius studium, interrogavit. Ille autem: Sum quidem, inquit, seruus Dei viui. Véni autem huc missus, vt te reuocem à profundissimis tenebris ignoratiæ, deducamq; ad lucem veritatis, & purum radium agnitionis immittam in tuam animam. Horum ille ne pauca quidem intelligens, ira illicò fuit repletus, sœueq; repente loquitur & ferociter: Alia te rogan: tu autem alia mihi respondes. Per deos omnes, si non singula dicas ad propositum, si non moderatè & diligenter respondes, non parcam tuæ senectuti, non ignoscam tuæ aetati, non reuerebor canitatem. Sed dic, & cui milites, & quanam de causa accesseris.
- S. Cornelij venit Scœpſum.** Cornelius autem: Si velis, inquit, scire quenam sit mea militia: sum quidem Centuriō: & rursus apertiū euoluit & explicauit ea, quæ prius dicta sunt. Nam cūm, inquit, accepisset, quod ipse, & vxor tua, & quicquid est in tua ditione, in magnum errorem incideritis, venio vos liberatus a deceptione, & vos deducturus ad viam veritatis, & soli viventi Deo reconciliaturus, qui fecit cælum & terram, & à quo producta sunt, quæcunque sunt in ipsis, & cuius nutu ducuntur. Ad hæc Demetrius: Vide te, inquit, iam senio esse confessum, & me tuū miseret propter aetatem. Prolixas ergo nugas iubēs valere, (paucis enim tecum agam) accede, & dijs sacrificia. Cūm ille autem rogāset, quibusnam dijs: Quibusnam alijs, inquit Praefectus, nisi loui & Apollini? Sin autem recusaueris, scias fore, vt grauibus supplicijs & tormentis tradaris: neque illus, præter eos, erit deus adeo potens, qui te sit à meis erupturis manibus. Ille autē: Potest, inquit, Deus meus me non solum à malis conseruare illæsum, & efficere, vt sim hominum iniurijs & insultibus superior: sed eos etiam destruere, quos tu deos nominas, euertereque & confringere illorum simulacra, eaq; in puluerem redigere & in cinerem, & te vana, quam de illis concepisti, spe priuare, & per agnitionem ad se tra-

**Cap. 4.****Sævitia Demetrii praefectiū.**

**S**e traducere. Hæc cùm respondisset Cornelius: Iam iuraui per omnes deos, inquit Demetrius, quòd nisi moderatè respōdeas, & nisi dij s obtuleris sacrificium, te grauia supplicia accipient & cruciatus: & nondū mihi credis? Rursus ergo dixit præclarè Cornelius: Me rectè dicentem audi, ô Iudex: Dæmonibus, & surdis ac inanimis simulacris ego nunquam sacrificauerim. Scriptum est enim: Dij, qui cælum & terram non fecerunt, pereant. Et rursus: Adorabis Dominum Deum tuum, & ei soli seruies. Ego igitur veni, vt det vobis quoquè Deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis, & resipiscatis à diaboli laqueo ad illius voluntatem. Sin autem tibi videtur, eos, q̄t̄ os dicas deos, ostende mihi.

*Ierem. 10.  
Deut. 6.*

Hoc cùm ille audijiset, valde latus est cum ijs, qui cum ipso erant, & bona spe sunt repletæ, putantes stulti, se mox esse viüros Cornelium sacrificantem. Eis itaque mox fuit apertum templū louis, vt qui putarēt Cornelium statim esse d̄o sacrificaturum. Cùm itaque venisset in templum Cornelius, omnes illuc celeriter confluxerunt, nōn solum Demetrius, & ij, qui eum affectabantur: sed eius etiam coniux Euanthia, & filius Demetrius. Nam ipse quoquè sic vocabatur. Cùm itaque ad Orientem genuflexisset, dixit ex animo Cornelius: Deus, qui conturbas terram, & montes transfers in corda maris, qui tempore Danielis famuli tui Belum cueristi, & draconē sustulisti, & ora obstruxisti leonibus, vt tuum seruares famulum: tu quoquè nunc cuerte hæc simulacra, tam fusilia, quām sculpsilia: & agnitionem præbe tuo populo, & sciant tuum esse brachium cum potentia. Tu es nostræ potestatis gloriatio. Cùm hæc esset precatus, egreditur è templo: simul autem cum eo egreditur etiam Demetrius, & quæcumque alia gentium cōuenerat multitudo. Euanthia autem & filius Demetrius adhuc manebant int̄. Repente verò maximo quidem terræmotu Deus concutit ciuitatem: templum autem mox deturbatum, simulacra confingit, & in cinerem comminuit & in puluerem: Demetriumque filium & matrem Euanthiam int̄ intercipit. Cùm pater ergo Demetrius templi adspexisset euerctionem, nondū autem accepisset vxorē & filium fuisse int̄ interceptos, ducitur quidem in iudicium diuinus Cornelius, cogendus vtiquè dicere causam euerctionis. Ille autem latuus ingreditur, Deum alloquens, qui ei dabat vires, & magis sibi placens propter hoc miraculum incredibile, quām propter thronum Demetrius, & propter illud excelsum & sublime tribunal. Præueniens autē interrogationem: Vbi nunc sunt, inquit, ô Demetri, magni tui dij? Ille autē continuo: Quibusnam, inquit, magis artibus & præstigijs templum cueristi, & statuas confregisti? Sed te grauissimis, sciant omnes dij, subiiciā supplicijs. Et statim consultabat, quidnam agens, cum acerbissimo afficeret supplicio.

*Dan. 14.*

*Ingens ter-  
remotus  
filii tem-  
pli, & p̄diæ  
demonum  
simulacra.*

Cūm iam autem aduentâsse vespera, iubet sanctum ligatis simul pedibus & manibus suspensi in custodia, & ita totam noctem manere sulpensum. Hæc dixit: & statim sanctus fuit coniectus in carcerem. Protinus autem venit properè quidam ex domesticis, nomine Telephon, dicens: Domine, domina mea & filius tuus vnigena periērunt, cùm terræmotu concussum fuit templum. Demetrius autem cùm primū hoc audiisset, scidit vestem, & magno fuit luctu oppressus. Interim autem iussit suis puluerem quam primū exportare: Donèc mæ bona, inquit, & fidelis coniugis, & iuauissimi vnigenæ filij ossa inuenta, in meas manus portaueritis. Hæc simul eis dicebat, & cum voce effluebant lachrymae, & grauissimè ingemiscebant & lugebat, & deos suos accusabat, quòd viuus ad hoc vslq; tempus esset conseruatus, vt audiret tam acerbum nuncium. Cūm ei autem assedit primates ciuitatis, & partim quidē simul lamentarentur, partim autem etiam consolarentur, & quoq; eius fieri posset, dolorem studerent extinguere, & iam ab eis esse mortuus putaretur Cornelius, essetq; perfectum monimentum, in quo sepelienda erat coniux cum filio, pontifex quidam deorum gentium, nomine Barbatus, cui commissa fuerat templi repurgatio, properè venit ad famulos Demetrij, (non enim permittebatur ad eum accedere propter luctum) renuncians, ex aggere fuisse auditam vocem Euanthia & filij: vocem autem hæc significare: Magnus Deus Christianorum, qui nos eripuit ex hoc periculo per famulum suum Cornelium, & non nos dedit omnino exitio. Festina ergo tu quoquè, Demetri, & virum hūc sanctum educ è custodia, & adora eum cum omnibus, qui sunt in domo nostra, & ijs, qui sunt nobis propinqui: & roga ipsum, vt veniens in hoc habitaculum, nos seruet, & educat ex hoc aggere, & è profundo, n̄ pereamus penitus: magna enim Dei hīc videmus miracula, & videmur audire Angelos clamantes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.

*Euanthia cā  
filio meri-  
tis S. Cor-  
nelij serua-  
tur illæsa.*

*Demetrij  
vxor & filius  
credunt in  
Christum.*

Cap. 7.

Cum hæc audijſſent ministri, currunt protinū cum Barbato pontifice ad Demetrium, & ei ſingula diligenter renunciant. Ille autem, cum accepiffet eſſe adhuc ſuperſitem vxorem & filium, cor plenū habuit latititia: & cursim veniens in custodiam, offendit diuinum Cornelium ambulante, & librum in manu tenentem, & ſic Deum laudantem, (Angelus enim ad eum accedens, iſum foluerat à vinculis) & cum multitudine, quæ ſimul concurrerat, cadens ad eius pedes: Magnus eſt Deus, clamauit, Cornelij, qui meam coniugē Euanthiam & filium Demetrium liberauit à templi euertione: & ſimul ſanctum orauit, dicens: Serue Dei altissimi, credimus in Crucifixum, quem tu prædicas, & ipſe, & omnes, qui ſunt mecum, ſi vénēris, & uxorem viuam, & filium illinc eduxeris. Ille autem: Accipite, inquit, prius Christi signaculum, & tunc veniam vobis, & dabitus vobis cordis veftri defiderium. Protinus itaque Demetrius cum omnibus, qui cum ipſo erāt, cùm, Magnus eſt Deus Christianorum, rurſus dixiſſent, baptiſtum ſuſcipiunt. Deindè cùm eos aſſumptiſſet Cornelius, ſtetit ſuper habitaculum, & ad Orientem oculos tollens in celum, inquit: Domine Deus virtutum, qui respicias ſuper terram, & facis eam tremere: qui ad ſpectu tuo montes liquefacis, & viſitatione tua exicas abyſſos: ipſe es, Domine: ipſe exaudi gemitum viñtorum, & educ ē terra Euanthiam, & nē auertas faciem tuam à filio ciui: ſed attende anima eorum, & libera eos propter nomen tuum. Hæc cùm p̄ecatus eſſet Cornelius, & qui circumſtabant, dixiſſent, Amen, continuò terra diuīa, in columem matrem emittit cum filio. Et ilicò clamārunt cum circumſtantibus: Magnis es Deus Christianorum, qui nos à deceptione, & ab hac acerba morte liberāſti per tuum faſum Cornelium, & tuam potentiam & brachium nobis notum reddidisti. Simulque ducenti & septem Chriſto acceſſerunt.

Credūt etiā  
207.

Cap. 8.

Exhinc autem ad Cornelium ſedentem in quodam loco, qui vocatur Stadium, & docentem eos, qui accedebant, Demetrius & Euanthia ventitabant cum filio. Sed & reliqu quoquē Gentiles, spinis incredulitatis à corde ſuo expurgatis, fuſcep- perunt ſemen pietatis, & baptiſmo fuerunt obſignati. Atque ille quidem, poſtquam Chriſto vniuersam obtulifſet ciuitatem, & errorem expulifſet, & verbum pietatis in ea ſemināfſet, effectus plenus dierum, feruentius vacabat orationi, & totus in ea versabatur, ad nihil ex ijs, quibus in praefenti vita ſtudet, ſuos attollens oculos. Deinceps autem ei quoquē ſuus reuelatur excessus, ad quem toto anima oculo ſpectabat, & erat paratus: & ē ſuperis vocem audit dicente: Cornelij, veni ad me: Ecce enim eſt tibi para corona iuſtitiae. Quid deindè? Cūm omnes, quos obtulerat, Christianos conuocāfſet, & eos perfectius pietatem docuiſſet, & firmiter doctrinæ adhærere præcepifſet, & ſe poſtremō totum ad precanum collegiſſet, fletit genu, & Domine Deus noster, inquit, qui me, vt fidem conſeruarem, eſ dignatus, & vt certamen peragerem, & vincerem aduersarium, ago tibi gratias: ſed ad tuos ſeruos ē cælo adspice, & eos fuſcipe ē ſancta tua altitudine, & eos tua confeſſione & nomine ſtabili & conſirma, vt ſine intermiſſione ſanctissimum tuum nomen glorificent nunc & in ſecula ſeculorum. Et cūm omnes, Amen, continuò acclamāfſent, ſpiritum lu- bens ei, qui vocabat, tradidit.

Cap. 9.

Atque Demetrius quidem & Euanthia, cum filio & Christianis omnibus congregatis, & presbytero Eunomio, cùm magiſtri excessum, vt par erat, deplorāfſent, & deindè cereos accendifſent, & hymnos, qui dici ſolent in excessu, cecinifſent, & quæ cunque de more Christiani faciūt, peregiſſent: apud iſum euersum Iouis templum cum in nouo loculo depoſuerunt, qui prius à Demetrio fuerat conſtructus coniugi. Rubum autem maximum terra continuò edidit, & in orbem texit loculum, adeò vt nullus ſciēt decāterò, quod intus eſſet loculus, præter eos ſolos, qui cum Demetrio tunc inſeruerunt ad ſepulturam. Qui quidem ad rubum quotidie ventitantes, ſacra canebant cantica, ſuffiſibusq; & bono odore replebant, qui ſuper iſum erat, aërem. Atque miracula quidem illinc frequenter ſcatabant, adeò vt multis videretur, qui neſciebant intus iacere martyrem, nunc quoquē diuinum aliiquid rebus ſignificare,

Exod. 3.

ficut tempore Moſis prius ſactum fuerat. Non multo poſt autem ē vita etiam excepſit Demetrius, & multi ex ijs, qui à Cornelio fuerant diuino initiati baptiſmo, iſi quoquē partim ē viuis deceſſerunt, partim autem profecti ſunt in alias regiones. Itaque ciuidam Syluano, viro pio, & qui virtutem amplectebatur, & erat Epifcopus Troadiſ, cùm veniſſet aliquando in ciuitatem Scopſoriorum, diuinus in ſomnis appārens Cornelius: Longo, dixit, tempore hīc habitō, & nullus me viſitauit, præter eos ſolos, qui

Etiam De-  
metrii cre-  
dit.Baptizatur  
Demetrius  
cum omni  
domo ſua.Credūt etiā  
207.

Cap. 8.

3. Cornelius  
totus vacat  
precibus.Excedit ē  
vita.

Cap. 9.

Nota de ce-  
reis ad fun-  
accensis.Itēm de ſu-  
fitibus.

Exod. 3.

Iubetur Sy-  
lvanus Epi-  
ſcopus in  
ſomnis ex-  
truciēre ecclē

qui à me fuerunt baptizati. Cùm itaque interdiù hęc mente consideraret Episcopus, & quid sibi vellet somnium, non posset coniçere, nocte sequenti ad eum rursus veniens sanctus: Ego sum, inquit, Cornelius Centurio: est autem mihi domus prope templum Iouis in rubo. Sed tu ædifica alterum oratorium prope locum Demetrij serui Dei. Vocatur autem locus Pandochium: quo in loco sita sunt multa corpora sanctorum fratrum iam consummatorum.

ſiā in hono-  
rem S. Cor-  
nelij.

Manè ergò Episcopus quidem, propterea quod in Pandochio effent omni ex parte infossa multa sepultra, in animo habuit templum alibi ædificare: sed sanctus non permisit. Cùm ergò clerum, qui sub eo erat, congregasset: Filij, inquit, mihi magnus reuelatus est thesauros: sed adeste, eum tollamus. Hoc cùm illi audijssent, prompto & alaci animo omnes processerunt, & Episcopum lubenter sunt securi. Cum autem peruenissent ad rubum, statim dixerunt clerici Episcopo. Gratia quædam, dixerunt, huc aduolat diuina, ô Domine, & multos scimus huc confluxisse, & fuisse liberatos à morbis, & malis dæmonibus, & ascripsisse rubo sanationem. Sed siue sit in rubo, seu sub rubo thesaurus, quis cum, dixerunt, potuerit excindere, & cum tollere, cùm fieri non possit, vt fecetur propter magnitudinem, & alioquin nec sit atrectata facilis, vt qui sit multis terribilis propter miraculorum operationem? Cùm autem precatus esset Episcopus, & Crucem fixisset in terram, & manum rubo inieciisset, ipsas excidit radices. Animo itaque confirmatis Clerici, opus continuo sunt aggressi: & conuellebatur rubus, tanquam herba quædam mollis: neque erat amplius rubus, sed & capsæ continuo apparebat, & adhuc valde instabat Episcopus virginis fissionem. Cùm autem iam aduentasset vespera, precatus Episcopus rursus iubet Clero nocturnam cantare Psalmódiam, hymnisque, lampadibus, & suffitibus honorabant capsam.

Multa mi-  
racula ad  
tumulum S.  
Cornelij.

Cùm verò sumptuū quoquè inopia ad ædificandum templum, solicitum & animo perplexum teneret Episcopum, eam quoquè soluit sanctus dubitationem: & cuidam ex diutibus virō pio appārens, cui nomen erat Eugenius, mādat ei templi ædificationem, & describit ei ædificij figuram & magnitudinem. Manè ergò Eugenius veniens ad Episcopum, ei renunciat visionem, & operi statim præficit ædificatores, cùm eis prius descripsisset & significasset templi altitudinem & longitudinem, & aditū altaris eis iussisset latitudine fieri capse equalē: ei enim visum fuerat deponere capsam intrā aram. Postquam autem templum fuit citò perfectum, hoc quoquè Deo faciente miraculum, in locum, qui dicitur Trigoni, venientes ædificatores, (Hic enim Syluanus Episcopus peragebat festum beati Andreae Apostoli) ei significat perfectum esse ædificium: & iam tempus est, aiunt, transferri capsam, priusquam ingressui imponatur superliminare. Sic enim facilis introducitur. Continuo ergò Episcopus, cùm simul cum pio Eugenio sacrum sumpsisset Euangeliū, fusis prius precibus, simul & ter sanctum hymnum cœpit canere, & cum eo omnes simul concinabant: & egressi sunt supplicantes: Deindè etiā capsā (ô magna tua, Domine, miracula) secuta est tanquam animata, nemine omnino eam mouente, nec tangentē. Et omnes quidem primò propter summam admirationem nec miraculo quidem, quod cernebant, volebant credere. Deindè quasi essent adducti in ecstasim, exclamauerunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, qui per famulum tuum Cornelium miracula tua & virtutes nobis aperuisti. Hinc factum est, vt qui remanserant ex gentibus, crederent. Et rursus in templum processit supplicatio, & capsā sequebatur.

Crux figi-  
tur in terra.

Nota de  
hymnis, la-  
padibus &  
suffitib⁹ ad  
capsam S.  
Cornelij.

Cap. ii.

Postquam autem venerunt in templum, illi quidem hinc & illinc constiterunt, videntes quoniam esset capsā processura, & vbinam statuta. Illa autem per ipsos medios & obliquam portam veniens, qua erat à dextera, stetit prope aram: cui omnibus adhibitis machinis, vt ea transferretur ad aram, illa manet immobilis usque in hodiernum diem, miraculorum thesaurus non deficiens, ex quo percipitur magna spiritalis utilitas & gratia. Cùm autē Syluanus dececessisset Episcopus, Troadensiū quidem episcopatui Athanasius, Philostorgius autem Scepsiorum, præficiuntur. Postquam verò pius quoquè ille Eugenius excessit ē vita, quendam pietatem hortatur Philostorgius, vt & totum templum depingat, & Cornelij effigiem in eo diligenter exprimat, & quam fieri posset accuratissimè ornet, nempe vt is etiam senex pingetur, & illi ipsi omnino similis. Rogabat ergò sanctum Encratius, (hoc enim erat nomen pietati) vt ei suam reuelet speciem, quō eam apte & accuratè depingeret: & simul ægrē ferebat mandatum Episcopi, & quasdam non nimis honorificas voces emittebat

in

Insigne mi-  
raculum.

Nota rem  
miram.

in sanctum, animo ex omni parte perplexus, & valde tristis, & propterea quod nesci-  
 Vltio cele. ret illius speciem, & quod non posset consequi characteres & figuræ vultus. Cum  
 stis in male itaque aliquando cecidisset è scalis, quas ascenderat, iacebat non spirans: & vermes  
 dicum. alij quidem per os proreptabant, alij autem rursus ingrediebantur. Visa sunt autem  
 hæc esse fructus illorum verborum maledicorum, quæ dolore affectus pictor dixerat.  
 Sed ipse es omnino, o Cornelii, qui Demerio grauter in te prius spiranti, vxorem  
 & filium donasti. Quapropter non sustinuisti, ut huic pictori amplius produceretur  
 supplicium. Cum enim die sequenti ei apparuisset, & manum eius dexteram appre-  
 hendisset, eum surgere fecit, velut dormientem: & hæc duo fecit maxima. Nam &  
 intemperantem eius linguam castigauit, & curauit dolorem ac ægritudinem, quam  
 acceperat, propterea quod nesciret, quomodo pingeret: non in figura, imagine &  
 similitudine, sed verè cum eo congreßus, & forma quali esset ostendens. Quinetiam  
 ipse pictor visus est rursus sanus & saluus, & omnino liberatus à vermis, & rursus  
 Ecce anti- artem suam est aggressus. Hinc factum est, ut eum talen pingere, qualem viderat,  
 quum vñsum ipsam planè veritatem cum arte iniiciens in picturam, gratia & clementia Domini  
 imaginū in nostri Iesu Christi, cum quo patri simul cum sancto spiritu, gloria, potentia, honor  
 Ecclesia. & adoratio in secula seculorum, Amen.

\* Maurilio-nis VITA SANCTI \*MAVRILII EPISCOPI AN-  
 DEGAVENSIS, CIVIS AVTHOREM DVO MS. CODICES  
 non habebant: sed cum constet ex Tritthemio, Fortunatum eius beati  
 viri vitam scriptisse, et stylus consentiat, Fortunatum esse  
 authorem, non facile quisquam negauerit.

Nos capita margini ad-  
 iecimus.

13. Septem-  
 bris.  
 Cap. 1.  
 Patria S.  
 Maurili.

Matth 19.  
 Et medium  
 librarij Le-  
 gedum for-  
 talsis, Va-  
 lentiniano

Fagum da-  
 monum di-  
 uinitus co-  
 crematur.

Cap. 2.



A VRILIVS Mediolanensis oppidi indigena extitit, parentibus splendidissimis, & ab ipsis penè cunabulis à beato Martino, qui illis temporibus Mediolani sibi monasterium collocauerat, sacris literis institutus est. Sed beato Martino Arrianorum perfidia de ciuitate illa expulso, sanctus Maurilius ibidem demoratus est, quousque à beato Ambrosio, ipsis ciuitatis Episcopo, officium Lectoris accepit. Interē patre eius, qui totā Hesperiam penè regebat, defuncto, secundum præceptum Euangeliū, relicta matre, omniumque rerum suarum cupiditate habendi, sub \* Iuliano tunc Cæsare Martinum, qui tunc Turonicam regebat metropolim, expetijt, & tandem cum eodem moratus est, diuinis occupatus officijs, usque dum cæteros ecclesiasticos gradus, gratiamque sacerdotij inuitus, Martino cogente, suscipiter. Adepro itaque sacerdotij honore, artiorem, quam inter monachos, ducere diligens vitam, ut solus solum liberius Dominum sequi valeret, Martini admodum doctrinis eruditus, & æquè benedictionibus robatorus, se inuicem osculantes & multum flentes, ab eodem ipso nolente discessit, & Andegavorum aggressus est urbem. Audiens autem haud longè ab ipsa super Ligerim fluuium in villa quadam fanum fore antiquissimum, diuersis idolorum culturis dedicatum, ibidem aduenit. Videns autem, quod humana virtute non possit euelli, ad Dominum mente conuersus, orabat, ut ipse fanum, ubi diuersis erroribus mentes fraudabant humanæ, quod ipse non poterat, destrueret. Mox ergo diuinus ignis è cælo demissus, quicquid simulacrorum & immunditiæ ibidem reperit, sub momenti hora consumpsit. Eliminata igitur omni spurcitia, honorabilem Christi fundavit Ecclesiam, ipsamque postmodum fore vicum instituit. Ibì bis senis degens annis, multis se ieunijs & orationibus fedulè Domino mancipabat: ubi etiam virtutibus multis claruit.

Nam in prædio, quod Pontiacense vocatur, erat vir quidam, Saturnus nomine, quem ex utero matris sue ambas manus aridas habentem, in hanc vitam natura produxerat. Qui dum elemosynis sustentatus, ad plenam peruenisset æratem, quadam nocte

per